

licioris principibus meruere perhenniter sociari. Horum itaque exemplum imitatione procul dubio dignum, ad nostram simul & posteritatis nostræ cupientes retorquere salutem, fratribus in *Esrom* Deo famulantibus terram quandam in *Hallandia* ad nos hactenus pertinentem eorum utilitatibus admodum necessariam, in perpetuum possidendam contulimus. Et ut liberam habeant sicut cœteri terræ illius inhabitatores, cædendorum lignorum facultatem, sancivimus. Ne vero alicui calumpniandi pateret occasio, possessuris prædictam terram scotavimus, his fidelibus & nobis dilectis in testimonium astantibus viris. *Nicholao* Domini Regis *Kanuti* filio, *Kanuto Prizslavi* filio, *Sunone Ebbonis* filio, *Georgio Petri* filio, *Gangulfo* de *Nesbu* & aliis quam plurimis nostris viris. Et terminos ejusdem terræ præsentî paginæ annotari jussimus. Quorum hæc sunt nomina. Primus *Lindebiarg*. Secundus *Lindedal*. Tertius *Holebech*. Quartus *Phyalzrose*. Quintus *Bineruth*. Et eandem paginam sigillo nostro ceræ impresso munivimus, statuentes ex Dei & ab ipso nobis collata regie majestatis auctoritate ratum & inconvulsum in posterum haberi, quod nos fecisse in ipsa attestamus. Quisquis igitur institutionis hujus paginam sigilli nostri impressione munitam, & illustriam, quæ simul aderant, personarum credibili attestatione roboratam, ausu temerario violare præsumperit, transgressionis infidelitate notatus, ultoris Dei iram incurrat, cujus iidem fratres singulari servitio salubriter occupantur. Quietis autem & pacificis erit retributio quietis & pacis. Facta est autem hæc scotatio in *Sklandethorp*, anno ab incarnatione Domini Mmo C. Septuagesimo sexto, Indictione VIII. concurrente III, pridie Non. Julii Monarchiæ autem regni nostri anno IXX.

74.

1177*), d. 17 Mars.

Lateran.

Påfv. ALEXANDER III:s Skyddsbref för Linköpings Biskopstol med dertill gifna gods, hvaribland särskilt nämnas: 1 gård i Linköping, Munkaboda, Normalösa, 1 gård vid Skenninge, Forssa, Hessleby; gårdar på Öland och i Möre; i Njuding: Kepstad, Widesryd; i Finved: Lökaryd, Skoparyd, Kens, Westruse, Buddatorp; i Tveta: Tyrkilstorp.

B. 3: 27.

ALEXANDER episcopus servus servorum dei venerabili fratri Colono linkopensi episcopo eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis apostolatus officio fratres et coepiscopos nostros tam vicinos quam longe positos sincero caritatis affectu debemus diligere et ecclesiis quibus deo militare noscuntur patrocinio eius uberius nutriantur et in suis rationabilibus petitionibus exaudiantur Quapropter venerabilis in christo frater episcopo tuis iustis postu-

*) Bör rätteligen vara 1178, hvilket synes så väl af Indictionen och Regeringsåret, som af denna Påfves bruk att räkna civila årets början från d. 25 Mars.

lacionibus annuimus et prefatam ecclesiam lincopensem cui auctore deo preesse dinosceris sub beati petri et nostram proteccionem suscipimus et presentis scripti priuilegio comunimus statuantes. vt quascunq̃ possessiones. quecunq̃ bona eadem ecclesia impresenciarum iuste et canonicè possidet. aut in futurum concessione pontificum. largicione regum uel principum. oblacione fidelium seu aliis iustis modis procurante domino poterit adipisci firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis Mansionem in lincopia cum appendiciis suis. Munkabodha cum appendiciis suis Normaløso cum appendiciis suis Mansionem iuxta skeningiam cum appendiciis suis Forsa cum appendiciis suis Mansionem in hesleby cum appendiciis suis Mansiones in ølandia cum appendiciis suis Mansiones in møre cum appendiciis suis In niudhungis kepstadh cum appendiciis suis. Widesrydh cum appendiciis suis In finuedh. løkarydh cum appendiciis. Skoparydh cum appendiciis suis. kens cum appendiciis suis. Westruse cum appendiciis suis. Buddathorp cum appendiciis suis. In thwetum thyrkilsthorp cum appendiciis suis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferat uel ablata retinere seu quibuslibet exaccionibus fatigare. sed omnia integra et illibata seruentur eorumque quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt vsibus omnimodis profutura salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur infuturum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam venire temptauerit secundo tercioue commonita nisi reatum suum congrua satisfaccione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et dominj redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie sua iura seruantibus sit pax dominj nostri iesu christi quatinus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen Datum lateran. per manus alberti sancte romane ecclesie presbiteri et cardinalis et cancelarij XVI kalendas aprilis Indiccione XI Incarnacionis dominice Anno Millesimo C. LXX septimo pontificatus uero alexandri pape terciij anno XIX:o.

75.

1177.

Konung WALDEMAR Is befallning, dels till Faurås häradsboar att icke hindra Munkarne i Esrom begagna Glumstensskog, dels till 2:ne enskilte personer att lösgifwa en fri qvinna, som de gjort till trälinna.

K. e. 1: 43.

WALDEMARUS Dei gratia Rex Danorum. Omnibus de *pharhtusahe-reth* spiritum timoris Domini. Spiritu timoris Domini opus habere non du-